

Collegio, & Rectore, & religiosis Societatis Iesu,
ciuitatis Antixariæ

CONTRA

Concilium, & Decuriones eiusdem ciuitatis, Super
vfu, & commoditate aquæ, ex publicis aquæducti-
bus concessæ dicto Collegio, & Religiosis.



Ve el dicho Colegio de la Cõpañia de Iesus tẽga justicia en esta causa, para ser absuelto de la demanda q̃ se le ha puesto por parte del concejo de la dicha ciudad, y para q̃ se mantenga en la possession, de goçar del agua que le esta concedida en cantidad del recio de vna pluma de escriuir, con stará ex sequentibus. ¶ Primò, quia in aquis, seu ipsarum vfu, & commoditatibus tria sunt consideranda; lex seu pactum, & priuilegium, natura loci, & vetustas. l. 2. in princi. ff. de aqua plu. arc. Bald. conf. 51 circa fin. vol. 1. Boer. conf. 24. nu. 18. quæ omnia in suũ fauorem habet dictũ Collegium: nam dicta ciuitas ipsi cõcessit præfatam aquam sine aliqua tem poris præfinitione: vnde concessio debet esse perpetua: tam, quia concessio ducendi aquam præsumitur realis, vt post Deci. consi. 262. nu. 5. versic. Accedit, radit Menoc. de præsumpt. iib. 3. præf. 103 num. 37. maximè ad fauorem Ecclesiæ, & domus religiosorum Societatis Iesu: nam concessio facta ecclesiæ in dubio censetur realis & perpetua, glo. fin. in c. tua. de his quæ sunt à prælat. sine conf. cap. glo. in cap. hoc ius. 10. q. 2. in verb. saluo iure. Hostiens in sum de pact. §. quæ sint diuisiones. Bart. in l. ultra. ff. de seruit. leg. & in l. for didorum. C. de excus. mun. lib. 10. Felin in reper. verb. concessio. Maximè, quando concessio fit à Principe, quia in dubio censetur realis, Iacob. Mand. conf. 64. nu. 72. vel quando interuenit confirmatio ipsius: nã vt ait Ioa. Bap. Ferret. consi. 230. nu. 2. Confirmatio Apostolica efficit pactum, quod aliàs erat personale, reale, cap. pen. de confir. vtil. vel inutil. cap. veniens. vbi casus, & ibi glo. verb. confirmatam. & vtrobique scrib. de transact.

Nec obstabit, quòd concessio præsumitur fieri per modũ præcarij, & non donationis. ex l. Lucius ff. de dona. l. si præcario. vbi Bald. nu. 3. Florian. 2. ff. com. præd. quia secus dicendũ est in nostro casu ad fauorem dicti Collegij & religiosorum, quibus facta fuit concessio simpliciter & sine limitatione tẽporis: & concessum simpliciter, videtur concessum sine temporis præfinitione. Abb. in c. fin. nu. 2. de secun. nup.

Maximè ad fauorem causæ pię, vt est domus religiosorum Spec. tit. de instru. edition. §. nunc vero aliqua. vers. & scias, q̃ inter relicta. Bal. in auth. similiter. in prin. C. ad leg. Falci. Abb. in rub. de testa. vbi monachorum causam piã esse asseuerat, & notatur in l. illud. C. de sacrosan. eccle. adeò vt in fauo-

fauorabilibus veniant appellatione ecclesiar, Anchar. Cardi. & Abb. in c. 2.
de consue. Paul. Emil. decis. Rotæ. 177. nu. 6. p. 1. Quod autem clerici regulares
Societatis Iesu sint verè religiosi, ostendit Conc. Trid. ses. 25. sub decre.
de regular. c. 16. Iosephus Ludouic. decis. Pérus. 71. nu. 2. & seq. Marc. Ante.
Marf. de eccl. redd. orig. 2. p. c. 16. nu. 29. Renat. Chop. lib. 2. de sac. polyt. tit.
8. nu. 15. qui cum privilegijs & comoditatibus dictæ ciuitatis vti, frui, & gau
dere debeat, ad notata per Abb. in c. dilecti. de for. comp. nu. 3. & in cap. vlt.
de offic. delegat. Roma. cons. 180. nu. 2. sicut alij ciues, cum ipsi veniant ciuili
appellatione, cap. rogationes. de consec. dist. 3. Bar. in l. 1. nu. 10. & 14. ff. ad
munic. Barba. cõs. 51. n. 3. li. 3. Ant. de Butr. in cap. hæc constitutio. 14. nu. 6.
de offic. deleg. lib. 6. non debeant priuari aquæ commoditate, nec vrgeri ad
colligendam ex alijs fontibus publicis, quod idem importaret: nam esset eos
loco præmij quæ merentur ob publicum bonum, quod dictum Collegium opa
ratur in dicta ciuitate, grauissima pœna afficere, ipsos priuando aqua, nã vt
ait Calsiad. lib. 8. var. c. 30. *Antiqua prudentia, quos à ciuica conuersatione se
gregandos esse iudicauit, aquarum interdictione puniuit*, Bald. in l. vlt. ff. de do
nat. int. vir. & vxor. l. Imperator. 18. vbi Ioa. Orosi. nu. 21. ff. de stat. hom. l. 1. ff.
de leg. 3. Lactan. Firm. lib. 2. diu. in st. c. 10.

Quare dictum Collegium habet ius contra præfatam ciuitatem, virtute
dictæ concessionis ex publico fonte, aut aquæ ductu aqua obtinendi. l. Lucio.
ff. de aqu. quot. & actiu. Pompo. in l. refectionis. §. vlt. ff. com. præd. Briso. lib.
6. de formul. pag. 615. & seq. Vnde Alecia. resp. 282. incip. Bona est causa. nu. 2
ait, quod quando quis habet ius faciendi buchellum, & extrahendi aquas vsq;
ad certam quantitatem, hoc ius incipit à loco buchelli, & tale ius dicitur cõpe
tere, vigore obligationis aut pacti, de quo loquitur Cæpo. de seru. aquæ duct.
§. princ. q. vers. Secunda questio.

Maximè, cum dicta concessio sit auctoritate Regis confirmata: nam Re
gis confirmatio & auctoritas maximum robur rebus gestis addit, cap. 1. in fin.
ibi: *Vires plenissima notionis, ex nostra auctoritate suscipiat*. de transf. cum mul
tis ad propositum facientibus, quæ tradit Molin. lib. 4. de Hisp. primog. ca. 9.
ex nu. 20. Aluar. Valas. consult. 130. nu. 7. par. 2. & ex vsu & obseruantia tot
annorum roborata: nam in aqua ducenda, nõ tam titulum, quam vsum, seu
quasi possessionem ostendere sufficit. l. si quis diuturno. ff. si seru. vind. vnde
vsus aquæ veterem firmum manere ciuibus sanxit Arcadius Imper. in l. 4
C. de aquæ duct. lib. 11. dicens: *Vsum aquæ veterem, longoq; dominio constitu
tum, singulis ciuibus manere censemus, nec ulla nouatione turbari, ita tamen
vt quantitatè singuli, quam veteri licentia percipiunt, more vsque in presen
tem diem perdurante percipiant*. l. 1. ff. de font. vbi fonte aquæ, si quispiã vsus
fuerit, nec vi, nec clam, nec præcario, quominus vtatur, vim fieri prætor pro
hibet. Cæpo. de seruit. rust. præd. c. 40. de fonte. l. 15. tit. 31 p. 3. vbi vtens ho
na fide seruitute continua, causam, vel quasi habentem. 10. annis inter presen
tes præscribit seruitutem aquæ ex alieno fonte currentis.

Et licet esset aqua reducenda ad publicos fontes, hoc debet esse respectu
eius.

eorū, qui non habent reg. a approbationē, vel quibus concessa fuit post ius
 quaesitū dicto collegio Societatis Iesu, nam de fonte, vel aqua ducitū publico,
 non licet aqua deriuare, nisi per Principis rescriptū concedatur. l. si quis, & l.
 fin. vbi Bar. C. de aqua duct. lib. ii. l. i. §. permittitur. ff. de aqu. quot. & esti. ibi:
 Permittitur autē aqua, vel ex castello, vel ex riuo, velex quo alio loco publi-
 co ducere, idq; a Principe conceditur, alij nulli competit ius aqua danda. gl.
 verb. non potest. in l. si in publico. ff. de aqu. plu. arc. l. seruitutes. §. publico. ff.
 de seruit. l. Imperatores. ff. de seruit. rust. præd. l. quominus. ff. de flumin.

Et quia prior concessio est semper attendenda. l. si mihi. §. si. ff. de leg. i.
 Alcia. resp. 162. n. 5. iuxta vulg. reg. quod prior in tempore, est potior in iure,
 Rebus. in c. nulla. de concess. præb. pag. 452. vers. quarto. Guibert. Const. de
 dot. c. 7. n. 5. Surd. de alim. tit. i. q. 24. n. 15. Valasc. consult. 129. nu. 1. Afflict.
 decis. 306. n. 3. Roder. Suar. conf. 7. nu. 21. Nā cū concessio semper intelli-
 gur facta sine præiudicio alterius, Bar. in l. si finita. §. deinde. n. 4. ff. de damn.
 in secl. debet præualere prima aqua concessio facta dicto collegio, etiā si in
 posterioribus interuenisset autoritas regia, quæ deficit: nā quoties Princeps
 aliquid concedit vni, & postea alteri gratia primo obtēta præualeat, vt per Ro-
 ma. conf. 298. incip. Circa præmissum. & Rol. à Vall. conf. 2. nu. 149. lib. 1. &
 conf. 80. n. 45. vol. 3. vbi tenet, quod concessio Principis alicui facta, quod a-
 qua ducere possit de flumine publico, intelligitur sine iniuria vicinorū, post.
 Bar. & Ias. in d. l. quominus. ff. de flum. Bero. q. 4. n. 3. Nunquā enim conces-
 sio noua præiudicat iurtertio quesito, Roder. Suar. alleg. 7. n. 3. & 4. Rot. Ro-
 ma. decis. 602. nu. 7. p. 1. diuers. sac. palac.

Facit l. 5. tit. 31. p. 3. que ait, Ganada auiendo homela seruidūbre de traer
 agua, para regar su heredamiento de fuente q̄ naciesse en heredad agena, si
 despues el dueño de la fuente quisiesse otorgar a otro poder de aprouecharse
 de aquella agua, non lo puede fazer, sin consentimiento de aquel a quien pri-
 mero fue otorgada la seruidumbre della: quod deducitur ex l. 2. §. si aqua duc-
 ctus. ff. de seruit. rustic. prædio. l. aquam. ff. quemadmo. seruit. amit. l. Lucio.
 ff. de aqu. quot. & estiu

Idque non solum procedit in aquis priuatis, sed in publicis, nam vt inquit.
 Bald. in tit. de pac. Const. vers. Amplius consueuerunt. nu. 3. Si Princeps co-
 ccessit alicui beneficiū, prior tēpore, potior est in iure. arg. l. in concedendo. ff.
 de aqu. plu. arcen. c. r. qui success. ten. in vsib. feud. nam iura eius cui primo
 est facta concessio, in secunda semper videntur reseruata, Bald. in c. 1. n. 4. de
 Capitan. qui cur. vend. Mat. de Affl. decis. Neap. 334. n. 4. dicens post Bald.
 d. n. 3. quod in concessionibus quas faciunt Principes de aquis publicis, sem-
 per videntur reseruata iura & cōmoditates eius, cui primo facta fuit conces-
 sio. l. itē Labeo. §. 1. ff. famil. ercisc. d. l. in concedendo. vbi additio. 1. ad Bart.
 qui etiā in l. fin. C. de locat. præd. ciuil. Alex. conf. 125. Vño titulo. nu. 3. vol. 2.
 dicēs post Compos. Burr. & alios in c. causam quæ. de refer. hōc. procedere,
 etiā si fuisset dictū in secunda concessione, non obstante alteri facta, quia in-
 telligitur de inu. lida & non de valida.

Nec obstat dictum Bar. in d. l. in concedendō. nu. i. referentis, Bononia fuisse tractatam quæstionem, quòd Fratribus Prædicatoribus fuit à cõmuni concessa quædam aqua, ad coquendum fabam in Quadragesima: Fratres Minores postea idem impetrarunt, & fuit iudicatum, quòd si aqua vtriq; sufficiat, vel sufficere posset, secunda concessio valeret. Idem Bar. in l. 4. C. de seruit. & aqu. & in l. quominus. q. 5. ff. de flumin. Florian. in l. seruitutes rusticorum. §. aquæ ductus. ff. de ser. rust. præd. nu. 1. Menoc. de retin. poss. reme. nu. 115. & seq. quia secus esset, si aqua non esset omnibus sufficiens, quo casu aqua concessa duobus, si deficit, primo cui fuit concessa debetur, & sic dicta Collegio Societatis Iesu, Azeued. conf. 12. nu. 14. ex Bald. in l. si plures C. de cõd. infer. Ias. cõ. 19. n. 2. vers. tertio facit. vol. 2. & potest saltim reliquis maxime ciuibus priuatis moderari vsus aquæ eis cõcessus: nã vt ait Bal. in d. tit. de pac. Constan. §. nos Romanorum. in fin. Aquæ distributio arbitrio boni est vniciq; concedenda. l. de vsu. ff. de var. & extraor. cogni. Marc. Anto. Eug. consi. 41. nu. 57. lib. 1.

Nec obstat dicere, quòd dictū Collegiū vtitur etiam dicta aqua ad irrigationē cuiusdam orti intra domum existentis: nam dicta concessio, maxime tam parvæ quantitatis aquæ, videtur facta quo ad omnes eius commoditates, & vsus: nam cum vnum conceditur, videtur id concedi, quod sequitur, ad illud. l. seruitutes quæ in superficie. 19. §. si domo. ff. de seruit. vrb. prædio. Boer. consi. 5. nu. 23. Et quia postquam aqua est ingressa territorium alicuius est illius loci domini, & priuata, non publica, vel communis. d. l. 1. §. permittitur. & in l. Lucio. ff. de aqua quot. & æstiu. Paul. Castr. in l. aquã. nu. 2. & duobus seqq. C. de seru. & aqu. d. l. 1. §. illud Labeo. ff. de aqua quo. & æstiu. Boer. decis. 352. nu. 5. Conan. lib. 4. cõmen. iur. civil. c. 9. nu. 2. Menoc. de retin. poss. ser. rem. 6. nu. 86. & trib. seqq. altàs ferè inutilis esset dicta concessio, quod minime dicendū est, vt per Vecin. inter cõmu. Doctor. opiniones lib. 3. sub tit. de seru. rustic. præd. nu. 15. confert l. 3. §. vltim. ff. eod. tit. vbi cõcesso hauritu aquæ ex fonte, præsumitur etiam concessum iter ad hauriendum, & cõtra, quia vnum sine alio est inutile, Menoc. lib. 4. præf. 144. nu. 12. Ex quibus omnibus videtur mihi iuri consonum, dictam concessionem esse realē, perpetuam, & irreuocabilem. dictumq; Collegium fouendum esse in sua possessione vsus & commoditatis dictæ aquæ, iuxta formam chalami, dictamq; Ciuitatem esse condemnandam, silentiumq; perpetuum ipsi imponendum Saluo, &c. Madriti. 28. Ianuarij. 1610.

Doctor Ioannes Baptista
Valengueta Vela. S. uoz.

Por auto del conõ. de 1. de febrero de este año de 1610. B. B. de Colegio
contra la Ciudad.